



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

1. Consideratio de virtute in genere

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

7. Tandem reflexiones elicies & resolu- Beati im-  
tiones necessarias, ad fructum concupitum ex maculati  
istis considerationibus percipieendum accom- in via.  
modas. tanquam  
  
si diceret,  
si vis esse  
beatus,  
esto im-  
macula-  
tus. D.  
Aug.

Quantum ad ea, quæ de quatuor novissimi-  
dicta sunt, adiri poterit Catechismus noster  
in quo abundantissimam meditationis mate-  
riam quis inveniet.

## CAPUT IIX.

*De aliis meditationum materiis  
proficientium propriis.*

**D**iximus jam superius proficientibus ordi-  
nariè meditandum esse de virtutibus, de  
vita, miraculis & passione Salvatoris nostri,  
de sanctissimo Sacramento, de vita B. Virginis,  
de exemplis Sanctorum, de votis ac regulis Re-  
ligionis, de sententiis sacræ Scripturæ, & aliis fi-  
milibus argumentis illorum intellectui in via  
Dei magis magisque illuminando accommo-  
dis.

1. *Consideratio de virtute in genere.* Causæ.

**S**I quis igitur meditari voluerit de virtute in 1. Exem-  
genere, considerabit plaris.

1. Illius naturam, putà quod sit sanctus qui 2. Effici-  
dam habitus, excellens qualitas, certum orna- ens.  
mentum, perfectio & decor animæ, eos, qui Qui deficit  
illam possederint, felices reddens, atque ad sibi, ut  
bene opcrandum disponens. virtuti  
adhæreat,  
amittit,

2. Causas illius. Est enim excellens quæ quod suū  
dam participatio & imitatio alicujus perfectio- oft. accipit  
nis Dei, nobilissimusq; gratiæ Spiritus sancti in quod ater..  
animabus nostris relæctus effectus. num est.  
D. Amb.

3. Proprietates illius & effectus, putà quod Deo nos reddat gratiore, atque, ut ipsi ad orationem præsentemur, digniores, magisque ad vitium oppositum expugnandum expeditos, quod nostrum hic in terris adaugeat meritum, gloria inque in cœlis.

*Mens non potest habere regnum* 4. Finem, quem spectat, scilicet ut illius beneficio minuatur & penitus extirpetur natura ralis illa repugnantia, quâ abhorremus à bono; virtutum, & destruantur quas experimur inclinaciones in malum.

*D. Aug.* 5. Posthæc si quis meditari voluerit de virtute aliqua in particulari, illius poterit considerare pulchritudinem arque excellentiam ex oppositione turpitudinis ac deformitatis viti contrarii: poterit & seipsum ad illius amorem excitare aliquo illius exemplo nobis à Christo Domino, B. Virginè, aut sancto quodam relicto.

6. Tandem postquam supra seipsum se reflexerit, videritque quantum in virtute illa sive profecerit, sive defecerit, illi studere amplius imposterum statuet, hujusque propositi sui efficaciter exequendi media sibi proponet. Exemplum subjicimus.

2. Consideratio virtutis alicuius  
in particulari.

**M**ansuetudo materiam suggesteret atque ailiarum omnium erit exemplum. Considerabis igitur

1. Illius naturam, putà, quod sit tranquilla quædam ac pacis plena animi æqualitas, que nullis injuriis aut offensis turbatur. Quòd sit cor